

qui minus sapiunt, aut imprudenter agunt.
Qualis erat Nabal. i. Sam. XXV, 25. *Nomen ejus
erat Nabal, & penes eum stultitia.* De qua juven-
tute Paulus i. Cor. XIV, 20. scite scribit: *Fratres,
ne estote pueri (aut juvenes) prudentia, sed ma-
litia infantes, prudentia vero adulti estote.* Si-
militer de hac re loquitur Eph. IV, 13. 14. *Donec
perveniamus nos omnes in unitatem fidei &
agnitionis filii Dei, in virum adultum, ad mensu-
ram plenam staturam Christi: Ut non simus am-
plius pueri (juvenes) qui fluctuamus & circum-
feramur quovis vento doctrinae, in hominum a-
lea per veteratoriam ad artificiose fallendum
versutiam.* Unde Salomo de pueris aut juve-
nibus loquens, eos ut imprudentes sistit, ideo-
que eosdem docet, *addandum fatuam astutiam,
puero scientiam & solertiam,* quo puer & juve-
nis caret. Prov. I, 4. Unde etiam Esaias III, 4. *saga-
citatem senibus tribuit.* Et quemadmodum pueri
centum annorum dantur; Es. LXV, 20. ita non
raro juvenes quoque tot annorum reperiuntur.
Stultorum enim plena sunt omnia. Verum hu-
jus generis juventutem Apostolus nequaquam
intelligit, sed potius priorem. Erat enim Ti-
motheus

sup